

## Index rhetoricus del «De institutione uirginum»\*

### *Abundantia*

*Praef. 7: timori metuique. Praef. 7: non esse nulla. Praef. 8: his namque certe. Praef. 17: feriri se uulnere. XI, 8: hominis humanati. XII, 1: ne solum nullam. XIII, 4: auide deuorans. XVIII, 2: satis sufficiat. XXXI, 5: formidine pertimesco. XXXI, 6: ubertate fecunda.*

### *Adlitteratio uel parhomoeon*

*Praef. 1: inportunas muscas manu mentis abigerem, aiebam: aurum et argentum... Praef. 5: omnem mortalium pompam. Praef. 5: tali termino conclusit ut diceret. Praef. 14: hunc cubiculum cordis casto cubili. Praef. 37: sursum sunt. IX, 3: ut a uitiiis excusata... et uirtutum integritate ditata. XIII, 3: primogeniti perdidit priuilegia. XIV, 3: quae-ras quomodo curetur, non quomodo abscidatur. XIX, 7: inualidam uero et inbecillem. XXIII, 11: faber ferrarius fuisse.*

### *Adnominatio uel paronomasia*

*Praef. 19: ille integram condidit utique quam integritati dicauit, quam ad integritatis praemia praeparauit. II, 1: quali fuga uiros fugias tu iudica. IV, 2: ergo et tu imitator eius effecta, porta conpatiendi affectum. V, 1: diligentibus te sic repende uicem dilectionis, ut maiori uicissitudine di-*

(\*) Citamos según nuestra edición de san Leandro de Sevilla, en el *Corpus Patristicum Hispanicum*.

ligas quam diligeris, odientes te odire noli. *XI, 1*: qui nihil debebat morti, pro mortalium condicionem usque ad mortem factus est humilis. *XI, 2*: ut maledicentibus non rema-  
 lediceret. *XII, 2*: tolerando patienter et sustinendo humiliter, patientem et humilem feceris. *XIV, 3*: et tu pecces et uulne-  
 ratam peccato amplius uulneres. *XV, 1*: postquam legeris ores, et postquam oraueris legas. *XXXI, 3*: peregrinatio me Deum fecit agnoscere, peregrina moriar. *XVI, 3*: spiritaliter tamen intellige et de historiae ueritatem intellige spiritalis sensum culpae. *XVII, 1*: nullus te singularem adloquatur, nec tu ... adloquaris aliquem singularem. *XVIII, 3*: doleatque se non posse quod aliae possunt. *XXI, 2*: non ridet lasciue, nisi quae corde lasciuita est. *XXII, 1*: quas tibi fecit aut fecerit ancillas condicio et sorores professio, non iam pro nexu seruitutis exulceres, sed pro parilitate professionis honores. Quae ergo tecum ... militat, pari tecum libertate exultat. *XXVIII, 1*: pro magno ... crimine, tu pro grandi ... contagione. *XXVIII, 3*: dum haberet cum apostolis quidquid illis esset commune, non fuit contentus communi sufficientia.

### *Anaphora*

*Praef. 2*: nihil te, soror, dignum arbitratus sum, nihil muneri tuo credidi esse gratissimum. *Praef. 12-13*: est uerus frater quem teneas ... est amicus de quo non dubites. *Praef. 13*: habes in eo hereditatem quam ambias ... habes in eo pretium quod agnoscas... habes in eo Deum quem rogaris. *Praef. 14*: cui seruiunt potestates, cui uirtutes obtemperant, cui caelestia et terrestria genua flectunt. *Praef. 16*: eo te redemit, eo te suae copulae sociauit. *Praef. 24*: uos estis enim prima delibatio corporis Ecclesiae, uos itaque ex tota Christi corporis massa. *Praef. 28*: ipsis comitare coris, ipsis te animi desiderio iunge; ibi festina, ibi propera, ibi est reposita corona, ibi iustitia. *Praef. 29*: senti fratris animum ... senti fratris concupiscentiam. *Praef. 30*: tu ... tutamen meum, tu ... meum pignus, tu hostia mea...; si tu accepta..., si tu casto cubili ..., si tu Christi amplexibus. *Praef. 36*: meo igitur hortamento, meo ministerio. *Praef. 38*: ubi est uita tua..., ubi est sponsus tuus ...; nolo te moueri ..., nolo te ...decorari. *Praef. 40*: libidine conrumpitur, libidine ma-

culatur. *Praef. 45*: quae uiro placere uoluit..., quae sollicita fuit ... *Praef. 46*: quid miserae illius ..., quid si mundi. *Praef. 46*: timet bonum perdere, timet malum habere. *I, 2*: dispar habitu, dispar affectu. *III, 4*: si pulcrum ..., si oblectet..., si odoratum ..., si gustum ..., si tactus... *III, 5*: non propter pulcritudinem corporis, non propter decorem aspectus. *III, 8*: quod declinasset uirum, quod angelus... inuenit, quod illa ... expauit mente. *VI, 2*: uerecundia uirginem cohibet..., uerecundia frenat uirginem. *VI, 3*: ne circumquaque proferrat..., ne inpuidenter... erigat, ne in sermone turpi erumpat, ne turbo foedetur aspectu. *VII, 1*: conscientiam tantum debet habere liberam, non uocem, non sermonem, non aspectum. *VII, 1*: conrumpat eius animum iracundia, conrumpat superbia. *X, 5*: quae corpus obtegat, quae pudorem ... abscondat, quae rigorem retundat... *XIII, 2*: sed concupiscentia, sed inmoderatio, si ultra quam opus est sumseris, si desideres sine quo uiuere possis...; si quod non licet ..., si licita quaeque ..., si tempus edendi ... *XIII, 4*: dum primi homines ..., dum Esau ..., dum edendi tempus ... *XVI, 2*: uenit ueritas, umbra discessit, uenit uerum sacrificium ..., uenit uirgo uirginis filius. *XXIII, 8*: propitio Deo, fiunt diuites, propitio Deo, fiunt pauperes. *XXIII, 9*: et quando tribuuntur, poenaliter tribuuntur, ut male de eis gaudeant, et quando subtrahuntur, poenaliter auferuntur, ut male de eis doleant. *XXVII, 5*: nec illa infletur quae ..., nec illa frangatur quae ... *XXVIII, 1*: aliud publice cum omnibus utitur, aliud furtiue absconditur. *XXX, 2*: si bonum est quod loqueris..., si turpe est ... *XXXI, 9*: Turturem pro matrem respice. Turturem pro magistram adtende. *XXXI, 12*: tanto eum carius dilige, tantoque Iesum exora pro illum. *XXXI, 13*: et si pactum quod ... pepigisti..., et si perseueraueris...

### *Antitheton*

*Praef. 17*: sicut mors eius uita est nostra eiusque humilitas nostrae est superbiae medicina, sic et uulneribus ipsius nostra integritas emta est. *Praef. 46*: timet bonum perdere, timet malum habere. *XI, 1*: Deus uerus, homo uerus. *XXIII, 9*: ut male de eis gaudeant. *XXV, 2*: erudiunt carnales spiritualium patientiam. *XXIX, 2*: caue itaque iurare in bono

quia de malo est. XXXI, 1: ne efficiaris exemplo malo documentum aliarum ad bonum.

### *Asyndeton*

*Praef. 1:* perquirenti ... quibus te diuitiarum cumulans heredem facerem, qua te patrimonii sorte ditarem... *Praef. 7:* sulcare tineam, aerugo uorare, ignis absumere, terra obruere, aqua delere, sol torrere, imber foedare, glacies stringere... *Praef. 8:* tot mundanis agitatur molestiis, tot curarum temporalium stimulis uerberatur. *Praef. 13:* habes in eo Deum quem rogaris, Dominum habes quem metuas. *Praef. 14:* ut quem tremant angeli, cui seruiunt ..., cui uirtutes ..., cui caelestia ... *Praef. 14:* hunc sibi uirgo sponsum uindicet, ad huius thalamum ... properet, hunc ... foueat. *Praef. 16:* sanguinem suum dedit, eo te redemit, eo te suae copulae sociauit. *Praef. 19:* est enim ineffabile donum, absconsum oculis, celatum auribus, intelligentiae obseratum. *Praef. 58:* conposuerit, odore ... fragrauerit, fuco mutauerit oculos, faciem obduxerit, brachia circulis instruxerit aureis.

### *Breuiloquentia*

*Praef. 7:* quae fur auferre poterat, sulcare tineam, aerugo uorare, ignis absumere, terra obruere, aqua delere... *Praef. 40:* uirgo studet placere Deo suo, nupta pro Deo saeculo. *Praef. 45:* quae uiro placere uoluit, non Deo. VII, 1: uirgo conscientiam tantum debet habere liberam, non uocem, non sermonem, non aspectum.

### *Chiasmus*

*Praef. 7:* sulcare tineam, aerugo uorare. *Praef. 9:* deberes extimare... esse sentires. *Praef. 14:* cui seruiunt potestates, cui uirtutes obtemperant. *Praef. 15:* dotes tribuere, conferre praemia. *Praef. 16:* pudorem non perdas et habeas praemia. *Praef. 16:* uulneris ictu et telo gladii. *Praef. 19:* celatum auribus, intelligentiae obseratum. *Praef. 27:* specimen uirginitatis, incorruptionis mater. *Praef. 33:* quae mihi detur pro negligentia mea forte castitate tua sedabitur. *Praef. 35:* erigebit forte iacentem et reatu moerentem consolabitur. *Praef. 38:* nolo te moueri uoluptate saeculi, nolo te carnis

fulgore decorari. *Praef.* 57: quod expertae sunt in singulis, hoc in plurimis meditantur. *Praef.* 59: animos moueat inlicitaque mentes. *Praef.* 62: auro coruscauerit et radiauerit gemmis. X, 2: inspectam arte, diligentia excogitatum. XXII, 2: non seruitute addictae sed liberae caritate. XXIV, 4: non culpatur escae qualitas, sed quantitas reputatur in uitio. XXV, 2: et quas patienter tolerat et quas imitatur suauius. XXVII, 6: pro usu delicatae uitae uel corporis fragilitate. XXVIII, 2: ad malum prodicionis et Domini traditionem. XXX, 4: nec audire te nec cogitare delectet, multo minus loqui uel agere. XXXI, 7: ciues erepti sunt et concessi extranei.

### *Comparatio*

*Praef.* 1: ut inportunas muscas. *Praef.* 17: ut sicut mors eius uita est nostra, eiusque humilitas nostrae est superbiae medicina, sic et uulneribus ipsius nostra integritas emta est. *Praef.* 26: meditare ut columba. III, 5: amandi sunt certe uiri ut opus Dei. IX, 2: sicut carnis contagione maculatur anima sic et animae uitii erit caro turpissima. XVI, 1: sicut per legem concessae sunt nuptae, sic per Euangelium uirginitas praedicatur. XXVIII, 2: uelut gehennae euita praecipitium et quasi iter caue ducens ad infernum.

### *Complexio*

*Praef.* 32: tu solatium meum, tu respiramentum meum.

### *Complosio syllabarum*

*Praef.* 9: esse sentires. *Praef.* 19: contemto emtore. *Praef.* 29: te tenere. *Praef.* 50: indepta tali. XIII, 4: auide deuorans. XXXI, 13: agenti tibi.

### *Correctio*

XXIV, 3: fomenta uitiorum esus carniū, nec solum carniū, sed et nimia saturitas aliorum ciborum.

### *Enumeratio*

*Praef.* 7: si ea quae fur auferre poterat, sulcare tineā, aerugo uorare, ignis absumere, terra obruere, aqua delere, sol torrere, imber foedare, glacies stringere. *Praef.* 19: est

enim ineffabile donum, absconsum oculis, celatum auribus, intelligentiae obseratum. *Praef. 27*: gaudet Maria mater Domini, apex et specimen uirginitatis, incorruptionis mater. *Praef. 30*: tu apud Christum tutamen meum, tu, carissima, meum pignus, tu hostia mea sacratissima. *Praef. 44*: prima pericula nuptiarum haec sunt: corruptio, fastidia corruptionis, pondus uteri grauiditate, dolor partus. *Praef. 52*: ecce felix conceptio, incorrupta progenies, utilis partus. *Praef. 54*: primus partus est uirginitas, uerecundiae uirtus, secundus patientiae, tertius sobrietas, quartus humilitas, quintus temperantia, sextus caritas, septimus castitas. *XXIV, 5*: habeant carnis usum, scilicet, qui metalla effodiunt, qui in agone terreno certantur, qui construunt celsorum culmina aedificiorum uel qui in diuersis opificiis labore desudant corporis, *XXVI, 6*: et ista sint dicta de ueste, cibo, potu uel opere.

### *Epanadiplosis*

*Praef. 14*: habes in eo hereditatem quam ambias: pars enim hereditatis tuae ipse est. *IX, 5*: «omnis gloria eius filiae regis ab intus»; intus ergo est gloria uirginis, hoc est, in secreto mentis. *XXIV, 6*: medicinaliter sumendae sunt carnes. Medicinaliter enim est quod non grauat, sed releuat.

### *Epiphora*

*Praef. 1*: uilia sunt, transitoria sunt. *Praef. 12*: sponsus ...est, ...frater est, amicus ... est, hereditas est, pretium est, Deus et Dominus est. *Praef. 18*: ut uideas pluribus ualere qui redemit, quam id quod redemit. *Praef. 27*: genuit sponsum et uirgo est, parit cottidie sponsas et uirgo est. *Praef. 37*: omne enim quod in mundo est, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum est. *Praef. 38*: ubi est sponsus tuus, ibi erit et thesaurus tuus. *X, 2*: carnis cura est, oculorum concupiscentia est. *XI, 2*: Deus uerus homo uerus factus est, ...alapis caesus est, ... cruci appensus est. *XI, 3*: ne paueas illum imitare, quia Deus est, sed magis imitando existima, quia homo est. *XIV, 4*: membrum tuum est, corpus Christi est. *XIX, 1*: uinum dixisti, omne uitium dixisti. *XXVII, 1*: sic enim diuidendum est, prout uniuscuiusque opus est.

XXXI, 1: ut quae de terra tua et de cognatione tua. XXXI, 9: simplicitatis filia es, quae Turture matre nata es.

### *Exclamatio*

*Praef.* 20: Quanta est enim beatitudo quae uobis reponitur in futurum! Quae uobis corona manet in aeternum! Quam incorruptionis gratiam, ad quam multi peruenire desiderant hic habetis! *Praef.* 23: Heu, proh dolor! *Praef.* 29: Heu mihi, ne alius accipiat coronam tuam! *Praef.* 32: Heu mihi! *Praef.* 40: Nupta et quam per natiuitatem conrumpitur! *I,* 1: Heu mihi, soror! *XI,* 2: O infinita humilitatis documenta!

### *Exhortationes breues*

*Praef.* 11: cernere, dilecta soror, cernere quantum profeceris. *Praef.* 23: soror carissima, fuge primorum hominum exempla. *Praef.* 34: miserere, soror, non tantum tui, sed indigno mihi. *Praef.* 37: auerte, quaeso, oculos a mundi huius falsas insanias. *Praef.* 43: recale, mi soror, unanimes nuptiarum aerumnas et claude oculos ne uideant uanitatem. *I,* 4: muni cor tuum scuto fidei. *III,* 7: praecaue ergo, ne dum Dei opus diligis, multum Deo displicias. *XXIII,* 5: tu ad instar caelestis sponsus, honorari in saeculo fuge. *XXV,* 1: ut enim in monasterio permaneas, sollicite admoneo. *XXVI,* 1: fuge, quaeso, priuatam uitam. *XXXI,* 4: tu, quaeso, caue, soror, quod mater timuit.

### *Homoeoptoton*

*Praef.* 20: quanta est enim beatitudo, quae uobis reponitur in futurum. *Praef.* 32: de factis ac dictis uel de omissis. *Praef.* 35: me erigebit forte iacentem et conscientiae reatu moerentem. *VI,* 1: quasi quaedam mater est uerecundia. Facit enim uerecundia ne sit uirgo iracunda. *XIII,* 6: forma esse debueras hortamento ac uitae bonae documento. *XIV,* 1: nulla ibi caritas, sed aperta claret iniquitas. *XXIII,* 2: ut fumum uaporemque, illico euanescentem. *XXVII,* 1: sub una professione manentibus, omnia erant communia omnibus.

*Homoeoteleuton*

*Praef. 7:* te destituerent nudamque relinquerent. *Praef. 30:* cum Christo cabaueris, ... odore inhaeris, ... quam poposceris. *Praef. 32:* ... Christi transierit, ... respiramentum aderit, ... discussio fuerit. *Praef. 53:* tot filios habebis, quot uirtutes protuleris. *Praef. 58:* conposuerit, ... fragrauerit, ... obduxerit, ... adgrauauerit. *III, 9:* formas respueris, ... cogitationum resederis, ... tumultus abieceris. *XIII, 2:* audius adpetas, ... accuratius quaeras, ... non sustineas. *XIII, 3:* praemia perdiderunt, quia illicita concupierunt. *XXI, 2:* neque enim impudenter uirgo rideret, si cor castum haberet. *XXII, 2:* beata enim eris si ... Deo gratias egeris, ... euanescentem credideris. *XXIII, 9:* quando tribuuntur, poenaliter tribuuntur, et quando subtrahuntur, poenaliter auferruntur. *XXIV, 1:* si talia utitur uirgo, qualia et saeculares utuntur, dat sensum ut agat quae a saecularibus aguntur. *XXVI, 2:* permiserunt priuate uiuere, propriisque rebus utere. *XXVII, 5:* si discrete cum singulas se gesserit, ... uniuscuiusque prout opus est diuiserit. *XXVII, 7:* nulli tamen iugum inponimus, sed quod honestum est suadimus. *XXVIII, 1:* aliud publice cum omnibus utitur, aliud furtiue absconditur. *XXXI, 1:* ne in te aliae uideant, quod in se caueant. *XXXI, 5:* pro illo oraueris, ... nata fueris, non memineris. *XXXI, 13:* si pactum ... seruaueris, ... et si perseueraueris ..., salua eris.

*Hyperbole*

*XIX, 5:* ne se ipse quidem meminerit, multo minus etiam Deum. *XXX, 4:* respuenda nec audire te nec cogitare delectet, multo minus loqui uel agere.

*Isocolon et parallelismus membrorum*

*Praef. 1:* quibus te diuitiarum cumulans heredem facerem, qua te patrimonii sorte ditarem. *Praef. 2:* nihil te, soror, dignum arbitratus sum, nihil muneri tuo credidi esse gratissimum. *Praef. 7:* quae stabilitate nulla consisterent, quae ... te destituerent nudamque relinquerent. *Praef. 7:* aerugo uorare, ignis absumere, terra obruere, aqua delere, sol terere, imber foedare, glacies stringere. *Praef. 8:* admittere



diuini Verbi dulcedinem aut Spiritus Sancti suauitatem. *Praef. 8:* pectus quod tot mundanis agitatur molestiis, tot curarum temporalium stimulis uerberatur. *Praef. 9:* si ergo te his nexibus adligarem talibusque onerarem ponderibus et mole terrenae cogitationis obprimerem, inimicum me, non parentem deberes extimare, interemtorem, non fratrem esse sentires. *Praef. 12:* sponsus uerus utique est, frater est, amicus denique est, hereditas est, pretium est, Deus et Dominus est. *Praef. 13:* habes in eo hereditatem quam ambias; pars enim hereditatis tuae ipse est; habes in eo pretium quod agnoscas, quia sanguis eius redemptio tua est. *Praef. 14:* cui seruiunt Potestates, cui Virtutes obtemperant, cui caelestia et terrestria genua flectunt. *Praef. 16:* quanto enim munificentior est dotis praemium, tanto est amor inmensior. *Praef. 19:* absconsum oculis, celatum auribus, intelligentiae obseratum. *Praef. 19:* uirgo quae, contempto emtore, mercedem sequitur et, sanguine Christi postposito, mundum qui redemptus est amplexatur. *Praef. 21:* et haec offensa humani generis prima, haec damnatae originis causa. *Praef. 23:* fuge primorum hominum exempla, horresce serpentis antiquissimi sibila. *Praef. 27:* inpleuit mundum, hereditauit caelos nec amisit uelamen uirginitatis. *Praef. 27:* uos exemplo suo genuit et manet integra, suo uos documento peperit et dolorem nesciuit, / genuit sponsum et uirgo est, parit cottidie sponsas et uirgo est. *Praef. 27:* felix ille uenter qui nouit gignere, non conrumpi, beata illa fecunditas, quae pariendo inpleuit mundum. *Praef. 29:* senti fratris animum tuos desiderare profectus, senti fratris concupiscentiam uelle te esse cum Christo. *Praef. 29:* in me non habeo, quod in te proficere uolo, et perdidisse me doleam, quod te tenere desidero. *Praef. 34:* dum te Christus fouet caritate, me non punit pro crimine. *Praef. 38:* ubi est uita tua, illic sint et desideria tua; ubi est sponsus tuus, ibi erit et thesaurus tuus. *Praef. 38:* nolo te moueri uoluptate saeculi, nolo te carnis fulgore decorari. *Praef. 47:* quas formas lenocinii meditatatur ut placeat oculis? quibus peregrinis odoribus inficit uestem ut oblectet sensus? *Praef. 48:* triplex conmisit adulterium: mentis, qui talem meditata est fraudem; corporis, quae figmento mutauit speciem; uestium, quae non proprio sed alieno fragrat odore. *Praef. 58:* nitore uestium conpo-

suerit, odore peregrino fragrauerit, fuce mutauerit oculos, faciem candore alieno obduxerit, brachia circulis instruxerit aureis, anulos digitis inseruerit, et distinctione gemmarum sidereo radiauerit fulgore manibus, aures metallo adgrauauerit, colla margaritis et uario gemmarum absconderit tegmine, caput ponderauerit auro. *II, 1*: decidet enim a caritate Dei, quae perpetrandi mali operis occasionem prae-buerit, decidet a caritate proximi quae ... opinioni tamen pessimae famam nutrit. *III, 4*: si pulcrum aliquid uideris, si oblectet aures turpis cantus, si odoratum nidor adtigerit fragrans, si gustum inlecebrosus sapor commouerit, si tactus mollem et nitidam contigerit formam. *V, 2*: bono tuo in bonorum transeat numero, quam tu alieno uitio transeas in malorum consortio. *VI, 2*: uerecundia uirginem cohibet, ne superbo tumore iactetur; uerecundia frenat uirginem ut humilitatis uirtutem sequatur. *VI, 3*: ne circumquaque proferat petulanter faciem, ne inpudenter oculos erigat, ne in sermone turpi erumpat, ne turbo foedetur aspectu. *X, 1*: talem tuae mentis habitum opta, qualem unicus Patris caelestis Filius delectetur. *X, 2*: quia tunc uere eris ornata, si non exteriorem sed interiorem habitum dilexeris; et tunc eris bene composita, si non uestium nitorem, sed animi candorem fueris prosecuta. *X, 5*: quae corpus obtegat, quae pudorem uirginalem abscondat, quae rigorem retundat frigoris. *XI, 3*: humilitatem eius in tua mente figura et uirtutes ... in tuo mentis solido exprime. *XII, 1*: sustine patienter, porta humiliter. *XII, 2*: tolerando patienter et sustinendo humiliter. *XIII, 5*: piscis per inlecebras hamo capitur, auis obiectu escae in decipulam cadit, bestiae ... cupiditate cibi in foueam prouunt. *XVI, 3*: uenit ueritas, umbra discessit, uenit uerum sacrificium et cessauit hostia pecodum, uenit uirgo uirginis Filius et uirginitatis praebuit documentum. *XXII, 1*: non iam pro nexu seruitutis exulceres, sed pro parilitate professionis honores. *XXIII, 1*: nec aduersitate frangaris, quae patientiam et penuriam Iob bene scis, ne eleueris prosperitate, quae patriarchas diuites opibus et humiles fuisse animo legis. *XXIII, 8*: propitio Deo, fiunt diuites, propitio Deo, fiunt pauperes. *XXIII, 9*: malis et quando tribuuntur diuitiae, poenaliter tribuuntur, ut male de eis gaudeant, et quando subtrahuntur, poenaliter auferuntur, ut male de

eis doleant. XXIII, 9: utraque iusto ad gloriam, utraque in pio ad uindictam. XXIII, 10: tantos diues in Domino fuit, ut mater Domini esse mereretur, et tanto rebus paupercula, ut partus tempore nec obstetricis nec ancillae uteretur solatia. XXV, 2: tolerare carnales probatae uirtutis est, imitare uero spiritales spei est maximae. XXVII, 3: ut superbire faciat ex uili censu conuersas et dolore stimulet honesto loco natas. XXX, 1: si quid uobis in secreto mentis fuerit reuelatum, in palam dicite: et quod corde conceperitis, omnibus manifestate. XXXI, 2: illa uero aliis facta est condimentum sapientiae, sibi uero simulacrum stultitiae: sibi enim nocuit male factum, aliis profuit exemplum contrarium. XXXI, 9: Turturem pro matrem respice, Turturem pro magistram adtende. XXXI, 13: bene agenti tibi dabitur corona et exhortanti Leandro praestabitur ueniam.

### *Litotes*

*Praef.* 11: nec non et alibi. *Praef.* 25: non incongrue uirgo est. *Praef.* 55: et non inmerito. XXIII, 7: ne pro magno cupias lucra terrena. XXV, 6: et non sine Dei iudicio.

### *Longa uerba in uno paragrapho*

XI, 2: ut maledicentibus non remalediceret, non indignaretur ingratis, sed pro crucifigentibus... XXIII, 2: prosperitatem et aduersitatem fumum uaporemque illico euascentem credideris.

### *Metaphora*

*Praef.* 1: multae rerum fallacium occurrebant imagines: quas cum ego ut inportunas muscas *manu mentis* abigerem... *Praef.* 21: Dei formata es manibus. *Praef.* 23: et quae (uirgo) lilia rosasque parturire debet, orticam et paliam producat. *Praef.* 28: ardeat cor tum, soror, igne illo quo Christus misit in terra. *Praef.* 28: coros illos prosequentes Mariam oculo mentis suspice. *Praef.* 50: iugo excussisti ceruicem, nec pressa iugali necessitate curuaberis ad terram. XXXI, 1: iam ad portum nauem orationis dirigimus et, emenso dictorum pelago, in litore quiescendi ancoram ponimus:

flatu tamen caritatis tuae rursus in fluctibus uerborum referor.

### *Polyptoton*

*Praef. 1:* de terra est et in terram reuertitur. *Praef. 14:* ut quem tremant angeli, cui seruiunt Potestates... *Praef. 14:* hunc sibi uirgo sponsum uindicet, ad huius thalamum ... properet. *Praef. 18:* alius te redemit et alio nubere cupis. *Praef. 19:* integritati dicauit, quam ad integritatis praemia praeparauit. *Praef. 24:* aut totum a parte aut pars nominatur a toto. *Praef. 49:* sexum habet et sexus necessitatem ignorat. *X, 1:* ut unde carnalibus carnales conplaceant, tu carnalium oculos inde magis displicias. *XIV, 4:* et magis pro inuicem membro debes hoc esse sollicita, ut inualidum membrum ualentiori membro sanetur. *XXII, 2:* ibi pariter consulitur dominae et ancillae, ubi non eligitur domina et reprobatur ancilla.

### *Sententiae breues*

*Praef. 1:* aurum et argentum de terra est et in terram reuertitur. *I, 2:* dispar habitu, dispar affectu. *III, 7:* omnia enim quae Deus fecit bona sunt, sed Ipse amandus est super omnia. *IX, 2:* certe in homine pars melior anima est. *XIX, 1:* uinum dixisti, omne uitium dixisti. *XXI, 2:* speculum cordis facies est hominis. *XXIII, 8:* quod enim habere possunt et mali, libenter debent contemnere boni. *XXIV, 3:* fomenta uitiorum esus carnium. *XXV, 2:* tolerare carnales, probatae uirtutis est, imitare uero spiritales, spei est maximae.

### *Tituli*

*Praef. 7:* tuae germanitatis. *Praef. 19:* soror amantissima, *Praef. 27:* Maria, apex et specimen uirginitatis, incorruptionis mater. *Praef. 30:* tu, meum pignus, tu, hostia mea sacratissima. *Praef. 55:* amantissima soror. *III, 7:* uirginitatis insigne decusque professionis uestrae, quae et forma et dux extitit uirginum, hoc est, Maria.

*Traiectionis exempla*

## A B A

*Praef. 7:* tali quoque informatus oraculo; mundanis subtractae casibus; si te his ditarem rebus. *Praef. 8:* permanenti ueritatis forma; mundanis agitatur molestiis. *Praef. 9:* terrena sustinent fundamenta. *Praef. 11:* summum teneas apicem; multorum gratiam beneficiorum; eundemque inueneris Christum. *Praef. 15:* sua tradere patrimonia; tuus, uirgo, sponsus. *Praef. 16:* proprio sibi sanguine. *Praef. 19:* sanguine Christi postposito; cuncta praestolatur Ecclesia. *Praef. 20:* quanta est enim beatitudo; quae uobis corona; quam incorruptionis gratiam. *Praef. 24:* oblationes Deo acceptae; suis generaliter membris; suorum parte membrorum. *Praef. 26:* corus ille expectat uirgineus. *Praef. 27:* suo uos documento. *Praef. 28:* ipsis comitare coris. *Praef. 29:* tuos desiderare profectus. *Praef. 30:* fragrantissimo uirginitatis odore; peccatoris memor fratris. *Praef. 42:* multiplicata uirginum sucessionem. *Praef. 47:* uineo adulterat figmento. *Praef. 48:* triplex conmisit adulterium; talem meditata est fraudem; alieno fragrat odore. *Praef. 53:* multos edes partus. *Praef. 56:* pompaticis nuptiarum incessibus. *Praef. 57:* tot uirorum formas; lectulis agunt propriis; solo nitent opere. *I, 1:* Tuis insinuabunt auribus. *II, 1:* nullam gerat familiaritatem. *II, 2:* naturalis mouetur flamma. *IV, 1:* in his obserua officii. *VI, 1:* honesto gerat pudore. *VI, 3:* turbo foedetur aspectu. *VII, 2:* innocuam inpendebat conscientiam. *VII, 3:* suae commendabat innocentiae. *VIII, 3:* talibus firmata exemplis. *IX, 3:* subiectam sibi carnem. *X, 1:* sanctis conpone moribus; omni diligentiae cura. *X, 5:* eam utere uestem. *XI, 2:* O infinita humilitatis documenta! *XII, 3:* facta praecedant bona. *XIV, 1:* moribus derogare alienis. *XV, 1:* nullo sis tempore. *XVII, 2:* eosdem adhibuit testes. *XVIII, 1:* ieiunio adtenuendi sunt iugi. *XVIII, 3:* abstinentiam tempore laxatam. *XXI, 5:* quanta amoris fragrantia. *XXI, 6:* carissimis recipiet amplexibus. *XXIII, 4:* mundanis gaudeas lucris. *XXIII, 7:* ducem sequere caelestem. *XXV, 1:* quaedam congregationi simultas. *XXV, 2:* bonarum documenta uirtutum. *XXVII, 6:* posteriori conuersae sunt tempore. *XXVIII, 1:* pro magno habetur crimine; pro grandi

euita contagione. XXIX, 1: pari obserua studio. XXIX, 3: spontaneo adligas sacramento. XXXI, 5: fratrem misi Fulgentium. XXXI, 11: parentes reliquerunt communes.

## A B B A

*Praef.* 1: multae rerum fallacium imagines. *Praef.* 20: istam iam in praesenti saeculo partem. *Praef.* 21: offensa humani generis prima; haec damnata originis causa. *Praef.* 53: una Sancti Spiritus conceptione. *Praef.* 54: una Septiformis Spiritus conceptione. X, 1: talem tuae mentis habitum; unicus Patris caelestis Filius.

## A B A B

*Praef.* 3: ueram Salomonis sententiam dicentis. *Praef.* 8: diuini Verbi dulcedinem aut Spiritus Sancti suauitatem. XXVIII, 3: praesenti sunt iudicio damnati.

*Variationis uocabulorum exempla*

*Praef.* 12-13: est uerus frater quem teneas... est amicus de quo non dubites... habes in eo hereditatem quam ambias... habes in eo pretium quod agnoscas ...habes in eo Deum quem rogaris. *Praef.* 38: ubi est ...illic sint ..., ubi est ... ibi erit... III, 5: pro operibus bonis et propter Deum, non propter pulcritudinem corporis, non propter decorem aspectus. I, 2: illa te non sequitur quia uirum diligit; propositum tuum fugit, quod etsi amare se finxerit... XXVIII, 1-2: adulterium certe est, quia ... Furti crimen est, quoniam ... Fraus est manifesta, quia ...

JAIME VELAZQUEZ ARENAS